e-codices

Lu P eri excruciabit me herus domum ſi uenerit
Q uom hec facta ſcibit. quia ſibi non dixerim. ſibi
F ugiam hercle aliquo: atque hoc in die extolla malum
N e dixeritis obſecro huic uoſtram fidem
Pal Q uo tu agiſ? Lu miſſus ſum alio iam huc reuenero
Pal Q uiſ miſit. Lu philocomaſium. Pal abi actutum redi
Lu Q ueſo tn̄ tu meam partem infortunij
S i diuidetur me abſente accipito tn̄.
Pal M odo intellexi quam rem mulier geſſerit.
Q uia ſceledrus dormit: hunc ſubcuſtodem ſuum
F oris ablegauit dum a ſe huc tranſire placet.
S ed periplectomenus quam ei mandaui mulierem
N imis lepida forma ducit. di hercle hanc rē ut iuuant.
Q uam digne ornata incedit: haud meretrīciae.
L epide hoc ſuccedit ſub manus negotium.

PIPLECTOMENVS. MILPHIDIPPA ACROTELATIVM PALESTRIO

R em omnem accedere te ut uelim mea milphidippa
Domi demoſtraui in ordine hanc fabricam fallaciaſq;.
M inuſ ſi n̄ tenetis. denuo uolo precipiatis plane
S atiſ ſi intelligitiſ. aliud eſt qđ potius fabulemur
Mil S tultitia atq; inſipientia non fallacia ſit
M e ire in opus alienum: aut tibi meam operam pollicitari.
S i ea opificina neſciam ac mala eſſe aut fraudulenta
Per A t melius monerier. MIL meretricem commoneri
Q uā ſane magni referat: nihil clam eſt: quin ego fruſtro.
P oſtq̄ adhibere auris meas ad tuam moram orationis
T ibi dixi miles q̄admodum potis ē deas dare
Per A t nemo ſolus ſatis ſapit. nam ego multos ſepe uidi
R egionem fugere conſilij: priuſq̄ reperta hr̄e
Acr S i quid faciendū eſt mulieri male atq; malitioſe;
E a ſibi immortalis memoria ē meminiſſe & ſempiterna.
S in bene aut quid fideliter faciundum ſi eadē ueniunt
O bliuioſe extemplo ut fiant: meminiſſe nequeūt.
Per E rgo iſtuc mecum conuenit: nobis faciundum utrumq;.
N am id proderit mihi malitia male quod facietis ambe
Acr D um neſcientes quid bonum faciamus: ne formida.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20149r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20149r)